



## The Holy See

---

Beatae Mariae Virginis sub vocabulo « Nuestra Senora de la Misericordia » ima-go, quae in urbe Burriana colitur, nomine et auctoritate Summi Pontificis coro-natur. IOANNES PAULUS PP. II Ad perpetuam rei memoriam. — Procedentibus christianaे salutis tern-poribus omnium ordinum fideles ad Virginem Mariam fidenti animo decur-rerunt, probe scientes superna se beneficia indulgenter accepturos. Nos vero hanc pietatem cupimus augeri et proferri, ideoque subveniendum censuimus postulatis Venerabilis Fratris Ioannis Antonii Reig Pla, Episcopi Segobri-censis-Castellionensis, qui poposicit, ut clara imago Beatae Mariae Virginis « Nuestra Senora de la Misericordia », quae in urbe Burriana colitur, nomine auctoritateque Nostra pretioso diademate coronaretur. Itaque, probatis its quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum statuit, po-testatis Nostrae usi plenitudine, concedimus ut Beatae Mariae Virginis ima-go quam supra memoravimus pretioso diademate nomine Nostro Nostraque auctoritate redimiri possit, ob oculos videlicet sacrae liturgiae habitis prae-scriptis. Ceterum enixe huius loci fideles cohortamur, ut maiorum sectantes exempla, Virginis imagine eximiis honoribus elata, maiorem in caelestem Ma-trem conferant pietatem ipsamque suae vitae habeant solamen ac praesidium. Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vu mensis Septembbris anno MCMXCVIII, Pontificatus Nostri vicesimo. ANGELUS card. SODANO Secretarius Status © Copyright 1998 - Libreria Editrice Vaticana

---

Copyright © Dicastero per la Comunicazione - Libreria Editrice Vaticana